UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 9. De abstinentia ab vxore, & balneis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64585

Visual Library

Ieiunium baptizandorũ abſq; vino.

vt volentibns item præſto ſint: *bapti*[…] *men ſuum dent, & diu ſub abſtinentia* […] *carnium, ac manus impoſitione crebra exam*[…] *ptiſmum percipiant.* Quem locum Grati[…] conſecrat. diſtinct. 4. cap. 60. & Gloſſ[…] in hanc ſententiam explicarũt. collig[…] terea ex eo, quod omnes Chriſtianæ […] alumni olim, hebdomadæ ſanctioris […] ſiccis cibis veſcebantur: ſicut alibi op[…] ri loco probabimus. non videtur aut[…] ni conſentaneum, nouos Chriſti m[…] veteranis aliquid de pietatis intenſio[…] ceſſiſſe. quare merito, iureque optim[…] Eccl. Mediolan. par. 4. tit. de bapti[…] cautum eſt, eos, qui baptiſmum pet[…] grua abſtinentia exerceri, vt & vete[…] ſuetudinis memoria renouetur, & ad[…] mum ſuſcipiendum paratiores acceda[…]

Ieiunium aridum in hebdomada ſancta Chriſtianis in vſu.

Veſtigium ieiunij ante baptiſmum durat Mediolani.

De Abſtinentia ab Vxore, & bal[…]

CAP. IX.

Baptizandi abſtinebãt ab vxore.

PRoximum eſt, vt doceam, viros […] vxoribus longam animi, corpori[…] ſtimoniam coluiſſe. ad quem morem […] Ioannes Chryſoſtomus catech. 1. ad ill[…] cum ait: *in tanti præceptione myſterij* […] *conuenit, & totius ſecularis ſollicitudini* […] *laxare, multa ornatum eſſe continentia, m*[…] *ardere,* &c. Nihil enim aliud fuiſſe puto, […] *nentia ornari,* quam à coniugiis etiam […]

abſtinere, quoniam de turpitudine, nefariiſq; libidinibus fugiendis admonere, ſuperuacaneum erat: quippe quod illicitæ voluptates nō magis catechumenos, quam cæteros Chriſtianos dedeceant. Atque hæc coniectura eo probabilior efficitur, quod S. Hieronymus ſimili loquendi formula vſus eſt. referens enim præclara ſtudia, & actiones, in quibus catechumeni verſari debebant, eoſq; diuinæ ſapientiæ facibus ad ſtudium pœnitentiæ ſalutaris accēdens, ep. 83. ad Ocea. ſic ſcribit: *audiant catechumeni, qui fidei ſunt candidati, ne vxores ducant ante baptiſma, ne honeſta iungāt matrimonia.* Qui locus nuptiarum celebritate catechumenis interdicit. Atqui vxorem ducere, vetitum erat, vt à corporis voluptate puros ſe, & integros ſeruarent: credendum igitur, etiam cum duxiſſent, vſos non fuiſſe. Verum coniectura ſæpe fallax; igitur adiuuetur teſtimoniis. S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in ſanct. bapt. cœleſtis baptiſmi cupidos enixè precatur, vt, quandiu in catechumenorum ordine conſtituti fuerint, connubij iure non vtantur. ait enim: *hoc vnum a te poſco, vt & à domino ſecuritatem accipias, ac viciſſim hoc dono rependas, vt certo tempore, hoc eſt, quandiu aſſignatum orationi tempus, omni occupatione præſtabilius fluit, à re vxoria abſtineas, idque ex communi pacto, & conſenſu: non enim legem ſancimus, ſed conſilium damus, ac tuorum aliquid ad vtilitatem tuam, communemque vtriuſque noſtrum ſecuritatem, accipere volumus.* & S. Auguſtinus lib. de fid. & operib. cap. 6. cum aduerſus eos, qui ſine diſcrimine omnes ad cœleſte lauacrum

Catechumenis vetitum erat vxorem ducere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

admittendos eſſe, dicebant, acriter inſe
multa, quibus æternum Regem propo
enumerat. inter quæ viri, & vxoris con
tjæ præcipuè meminit, dicens: *Videam*
agitur, ideſt, vtrum ad percipiendum bapti
admittendi ſint homines, vt nulla ibi vigil
gentia, ne ſanctum canibus detur: vſqueadeò
apertiſſimi adulterij perpetratores, & eius p
rantiæ profeſſores à ſacramento tantæ ſanctit
deantur arcendi, qui ſine dubio non admitter
per ipſos dies, quibus eandem gratiam percep

Quib. reb. catechumeni ad baptiſmum ſepararent.

nominibus datis, abſtinentia, ieiuniis, exorc
purgantur, cum ſuis legitimis, & veris vxo
concubituros profiterentur, atque huius rei, q
alio tempore licitæ, paucis ipſis ſolennibus die
lam continentiam ſeruaturos. & ſerm. de D
in octau. Paſch. idem ſignificare volu
verbo, & exemplo catechumenos à flag
turpique vita non modo ad ſobrietat
continentiam, ſed etiam ad contemp
rum mortalium, atq; ad ſalutaria Chriſ
ſilia excitaret: *nunc*, inquit, *tempus eſt, v*
quiſque abſtineat ſe non tantum ab illicitis, ſe
à quibuſdam licitis, & orationibus, atque
vacet, &c. ſiquidem abſtinentiæ à quib
licitis nomine, ieiunium intelligi non p
quoniam fruſtra poſtmodum, *atque ieiun*
didiſſet. ergo continentiam à voluptatib
nereis accipere oportet. quæ cum duplic
neris ſint, aliæ libidinoſæ, nuptiales ali
quo primæ licitę non ſunt, ſequitur, bapt
dorum continentiam in ſecũdis poſitam
ſe. Sed adiungamus his Bedæ authorit

homil. in cap. 7. Marc. qui adeo luculenter eius conſuetudinis meminit, vt nihil deſiderari poſſe videatur ſcribit enim: *neceſſaria eſt doctrina veritatis, quæ iubet eos, qui cum pane vitæ deſcendente de cœlo participare deſiderant, crebro eleemoſynarum, lachrymarum, aliorumque iuſtitiæ fructuum lauamento ſua opera purgare, vt caſto corde, & corpore cœleſtibus valeant communicare myſteriis. Fruſtra autem Phariſæi, fruſtra omnes Iudæi lauant manus, & à foro baptizantur, quandiu contemnunt fonte ſaluatoris ablui.* Quod ſi quis hunc locum de Euchariſtiæ ſacramento explicandum dixerit: quia, *cœleſtibus myſteriis,* in eo legimus: aut ad rem præſentem nihil facere, quoniam caſtimoniæ, quæ in coercendis illicitis voluptatibus ſita eſt, mentio fiat, næ is & parum ſapere videbitur, qui nunquam legerit, myſterij voci etiam baptiſmum ſubiectum eſſe: & imprudētiæ nota non carebit: quod credat, ea catechumenis inculcata eſſe, quę omnes homines pręſtare tenerētur. Reſtat igitur, vt Rabani Mauri teſtimonio confirmem: non quod allatæ authoritates ad fidem faciendam ſatis non ſint: ſed vt rem, manifeſtè veram, more meo teſtatiorem efficiam. illud vero huiuſmodi eſt: [a] *competentes autem ſunt, qui iam poſt doctrinam fidei, poſt continentiam vitæ, ad gratiam Chriſti percipiendam feſtinant.* verbum enim *continentiæ* etſi quandoque cibi, potuſque abſtinentiam ſignificat: tamen eo loco virtutem, qua libidines domitas habemus, omnium rectè ſentientium opinione declarat; quoniam ieiunij, & abſtinentiæ paulo ante meminerat; vt ea

Myſterij nomen baptiſmo cōuenit.

a Lib. 1. de inſti. cleric. c. 26.

Continentiæ nomine quid accipiatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

denuo repetere, ſuperuacaneum fuerit. I
vero, priuſquam ab hoc continentiæ gen

Abſtinẽtia ab vxore quãdiu durabat.

diſcedam, admonebo, catechumenos ta
ab vxore abſtinuiſſe, quam ieiunio corp
flixiſſent. manifeſta enim ea de re S. Aug
authoritas eſt lib. de fid. & operib. cap.
continentiæ tempus ad ipſum ieiunium
lit his verbis: *videamus, vnde agitur, id eſt,*
ad percipiendum baptiſmum ſic admittend
homines vt nulla ibi vigilet diligentia, ne ſan
canibus detur, vſque adeo vt nec apertiſsimi a
rij perpetratores, & eius perſeuerantia proſ
ſacramento tantæ ſanctitatis videantur arce
ſine dubio non admitterentur, ſi per ipſos dies
eandem gratiam percepturi ſuis nominibus d
ſtinentia, ieiunijs, exorciſmiſque purgantur,
legitimis, & veris vxoribus ſe concubituros
rentur, atque huius rei, quamuis alio tempor
paucis ipſis ſolennibus diebus nullam contine
ſeruaturos. Atq; etiam, ſi conſiderare vol
qui fuerit continentiæ modus, & ratio,
ligemus, eam ſingulis neceſſariam fuiſſe.

Abſtinẽtia ab vxore erat neceſſaria omnib.

ius rei certiſsima fides ex Bedæ homilia in
7. Marc. colligitur: dum ea, quæ ad baptiſm
ſuſcipiendum neceſſaria erant, ſic enum
neceſſaria eſt doctrina veritatis, quæ iubet eos,
pane vitæ deſcendente de cœlo participare d
rant, crebro eleemoſynarum, lachrymarum,
rumque iuſtitiæ fructuum lauamento ſua oper
gare, vt caſto corde, & corpore cœleſtibus
communicare myſterijs. fruſtra autem Phariſ
ſtra omnes Iudæi lauant manus, & à fon
zantur, quandiu contemnunt fonte Saluatoris

tametſi ad eam comprobandam ſatis eſſe debet: quod, catechumenos omnia pœnitentiæ genera neceſſario exercuiſſe, ſupra explicatum eſt: in quorum numero etiam continentia reponitur. Abſtinentiam vero à balneis, (quod alterum propoſitionis erat membrum) ſatis apertè conſtat, ab omnibus baptizandis inuiolatè ſeruatam eſſe: vt propterea multis in locis, quo ſine ſordibus ad baptiſmi lauacrum admouerentur, caput, alibi etiam pedes abluerent: quemadmodum in S. Aug. legimus Epiſt. 118. ad Ianuar. in hunc modum: *Si autem quæris, cur etiam lauandi mos ortus ſit: nihil mihi de hac recogitanti probabilius occurrit, niſi quia baptizandorum corpora, per obſeruationem Quadrageſimæ ſordidata, cum offenſione ſenſus ad fontem tractarentur, niſi aliqua die lauarentur.* S. etiam Iſidorus lib. 6. Ethymog. cap. 18. idem planè confirmat, dum inquit: *dies Palmarum ideo dicitur, quod in eo Dominus, & Saluator noſter, ſicut propheta cecinit, Hieruſalem tendens, aſellum ſediſſe perhibetur. vulgus autem omnino hunc diem Capitilauium vocat, quod in eo tunc mos eſt lauandi capita infantium, qui vngendi ſunt: ne obſeruatione quadraginta ſordidata ad vnctionem accederent.* quæ verba iterum repetit lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 27. de Domin. Palmar. nec illis diſſimilia ſunt, quæ tradit Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de Domin. Palmar. & Vuolffangus Lazius in ſuis collectan. ex Carolo Magno, aliique plures, quorum authoritates, & verba capitibus 15. 17. & ſequentibus afferemus. Verum, ne quis putet, parum ponderis, & momenti ad ſui com-

Abſtinebãt baptizandi à balneis.

Baptizandi caput, & pedes cur abluerent.

Dominica Palmarum cur Capitilauium dicta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mendationem in ea re ſitum fuiſſe, admone-di ſunt lectores, morē fuiſſe Chriſtianis, quo-tidie in publicis balneis lauari; de quo ſic ha-betur in conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 64. *quo-modo non hoſtis Dei habendus eſt is, qui in tempori-bus die, noctuq; eſt occupatus, æterna vero contemnit, ac balnea quidem, & caducum cibum quotidie fre-quentat, quæ vero perpetuo manent, non curat.* Et a-pud Ioannem Moſcum in prat. ſpirit. c. 18. *Pa-tres noſtri nunquam facies ſuas lauabant, nos autem lauacra publica, balneaq; frequentamus.* Quin-imo ipſe balnearum vſus multum ad delicias, & vitæ oblectamenta conferre videbatur; & de nefariis Idolorum cultoribus ſexcenta Au-thorū teſtimonia teſtantur; de Chriſtianis ve-ro ex eo coniecturam facimus; quod ieiunij, & pœnitentiæ tempore in ſqualore, & ſordibus verſabantur. dixit enim diuinus magiſter hu-mani generis Math. 6. *tu vero, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris homi-nibus ieiunans.* quod ieiunantis ſpeciem morta-lium oculis ſubducere non valeret; niſi la-cro, & balneis, qui ieiunabant, caruiſſent. & Cyprianus lib. de lapſ. grauiter eos arguit, qui ieiunij, & pœnitentiæ tempore lauabantur, his verbis: *lamentari eum putamus ex toto corde, ieiu-niis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ab primo criminis die lauacra quotidie celebrat?* Et ſi lectores alia Patrum teſtimonia requirent, com-modum erit, SS. Baſilium, Ambroſium, Hiero-nymum addere, innumerabileſque alios, qui Pat-rum de hac re grauiſſimas ſententias tradunt, de ieiunij, & pœnitentiæ ritibus exequemur.

Mos Chriſtianorum quotidie lauandi in balneis.

Balnearum vſus propter vitæ oblectamenta eſt inuentus.

Pœnitentiæ, & ieiunij tempore Chriſtiani non lauabantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN